

*MASTER NEGATIVE*  
*NO. 93-81449-13*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

# **COPYRIGHT STATEMENT**

**The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.**

**Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.**

**This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.**

*AUTHOR:*

SCHAEFER, ARNOLD

*TITLE:*

ARNOLDI SCHAEFERI DE  
SOCIIS ATHENIENSIVM...

*PLACE:*

LIPSIAE

*DATE:*

1856


Master Negative #

93-81449-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Restrictions on Use:

-----  
TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 1/4

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 5/29/93

INITIALS RE



FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



**AIM**

**Association for Information and Image Management**




1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910  
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.



SCHAFER

884-Sch13

Clas. 884

Book Sch 13

Columbia College Library

Madison Av. and 49th St. New York.

*Beside the main topic this book also treats of*

*Subject No.*

*On page*

*Subject No.*

*On page*



ARNOLDI SCHAEFERI

DE SOCIIS ATHENIENSIIUM

CHABRIAE ET TIMOTHEI AETATE

IN TABULA PUBLICA INSCRIPTIS

COMMENTATIO.

---

LIPSIAE

APUD B. G. TEUBNERUM.

MDCCLVI.

**T**itulus Atticus archonte Nausinico de iure sociorum scriptus quum plurimum faciat ad illustrandas res ab Atheniensibus auctoribus potissimum et ducibus Chabria Timotheo Callistrato gestas, operae pretium facturus esse mihi videtur, si quis ad eum diligentissime excutiendum quantum possit conferat. Quamquam enim titulus ille, quum ab Eustratiade primum a. 1851, iterum additis quae post reperta sunt fragmentis a. 1852 Athenis editus esset, inter nostrates a Mauritio Hermanno Eduardo Meiero a. 1852, mox plenius a. 1854 non modo repetitus, sed, qua erat ille vir de antiquitate Graeca meritissimus doctrina, magna ex parte egregie explicatus est; multa etiam Rangabes, vir illustrissimus, quum idem decretum in Antiquitatum Graecarum Vol. II p. 40 sqq. et secundis curis p. 373 sqq. ederet, docte adnotavit: sunt tamen in iis potissimum quae ad historiam rerum gestarum pertinent, quae accuratius disputata et exposita velis. De quibus antequam dicam, quo facilius ratio nostra perspici possit, ipsum titulum quemadmodum partim editorum Graecorum, partim Meieri cura restitutus est proponam. Lapidis descriptio exactissima et in Eustratiadae editione (*Ἐπιγραφαὶ ἀνέκδοτοι ἀνακαλυφθεῖσαι καὶ ἐκδοθεῖσαι ὑπὸ τοῦ ἀρχαιολογικοῦ συλλόγου. φυλλάδιον δεύτερον. Ἐπιγραφαὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆς κυρίας Λουίζης Φωμᾶ ἀνακαλυφθεῖσαι. Ἀθήνησιν. 1852*) et in Meieri Commentatione epigraphica secunda Halis a. 1854 edita proposita est. Hic sufficiat adnotasse post praescriptionem, quae litteris maioribus exarata sit, a 7 ad 77 versus omnes *στοιχηδὸν* scriptos esse ita ut singulas et tricenae litteras contineant, praeter versus 7 et 76, qui triginta fuerunt litterarum. Versu 24 lapicidam *I* in vocabulo *OISIEP* forte omissum postea interposuisse apparet; v. 45 quum ex formulae lege (vid. Meier. Comm. ep. I, 11, I. II, 56) scribere deberet *ΑΙΟ-[Δ]ΟΜΕΝΟΙ ΑΙΟΛΟΝΤΩ[N]*, a priore verbo ad alterum aberravit: quem errorem deinde superscriptis litteris *MENOI ΑΙΟΛΟ* correxit. Denique v. 69 paulo diductior est, ut non plures quam viginti septem litteras contineat. Versus 40 et 43 non duarum et triginta litterarum sunt, ut Meierus dicit l. l. p. 55, sed legitimum numerum unius et triginta litterarum habent. Inde a v. 78 in indice civitatum foederatarum, et in sinistro lapidis latere, ubi ille index continuatur, scriptura variae est magnitudinis varique ordinis, quippe quae diversis temporibus accessisse videatur. Quod in hac parte spatium est, non lacunosum, sed vacuum relictum esse adfirmatur. A v. 91 alter titulus incipit, litteris ille minoribus exaratus: cuius quae supersunt pauca fragmenta et rogatorem eundem et simile argumentum cum priori prae se ferunt. Denique tenendum est Iota quod mutum dicitur adscribi et diphthongum *OY*

1\*

104972

1859 SL 76 538 P. 12 My 90

vocali *O* exprimi, nisi quod v. 50 *ΤΟΥΤΟΙΣ* et in sinistra lapidis parte v. 23 *ΙΟΥΛΙΗΤΑΙ* legatur: qua de inconstantia cf. Franzii elementa epigr. gr. p. 127. 149 sq. Eodem pertinet, quod bis in nomine *ΚΑΡΘΑΙΕΣ* (II, 24) et *ΛΙΕΣ* (II, 31) de prisco more *E* pro *EI* (cf. Franzium l. l. p. 150) scriptum est. En ipsum decretum, cuius supplementa ubi nihil adnotavi ab editoribus Atticis inventa sunt: quorum opera quod uti mihi licuit, insigni humanitati Theodori Kindii Lipsiensis et Ludovici Rossii me debere grato animo profiteor. Quae editores primum minus recte constituta post ipsi retractaverunt, repetere nolui. De civitatum in titulo perscriptarum nominibus infra disseram.

## I

Ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος.

Καλλίβιος Κηφισοφῶντος

Παιανιεὺς ἐγραμμάτευεν.

Ἐπὶ τῆς Ἰπποθωντίδος ἐβδόμης πεντα-  
5 νείας, ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.  
Χαρίνος Ἀθμονεὺς ἐπεστάτε[ι],  
Ἀριστοτέλ[ης] εἶπεν. τύχη ἀγαθὴ τῇ Ἀ-  
θηναίων καὶ τῶν συμμάχων τῶν Ἀθηναίω-  
ν. ὅπως ἂν Λακεδαιμόνιοι ἐῷσι τοὺς Ἑλλη-  
10 νας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἡσυχίαν  
ἄγειν, τῇ αὐτῶν ἔχοντας ἐμ βεβαίῳ τῇ-  
[ν]..... ι  
..... α  
..... ν

15 . . . . [ἐψηφί]σθαι τῷ δήμῳ· ἐὰν τις βούλ-  
[ηται τῶν Ἑλλήνων ἢ τῶν βαρβάρων τῶν ἐν  
[ἡπειρῶ ἐν]οικούντων ἢ τῶν νησιωτῶν, ὅσ-  
[οι μὴ βασιλέως εἰσὶν, Ἀθηναίων σύμμαχ-  
[ος εἶναι καὶ τῶν συμμάχων, ἐξεῖναι αὐτ-]  
20 ῶ [ἐλευθέρῳ ὄντι καὶ αὐτονόμῳ, πολι-  
[τερομένῳ πολιτείαν ἢν ἂν βούληται, μῆ-  
τε [φρουρὰ]ν εἰσδεχομένῳ, μῆτε ἄρχοντα  
ὑπο[δεχ]ομένῳ, μῆτε φόρον φέροντι, ἐπὶ  
δὲ τοῖς αὐτοῖς, ἐφ' οἷσπερ Χῖοι καὶ Θηβαῖ-  
25 οὖ καὶ] οἱ ἄλλοι σύμμαχοι. τοῖς δὲ ποιησ-  
αμέν[οις] συμμαχίαν πρὸς Ἀθηναίους καὶ  
τοὺς συμμάχους ἀφεῖναι τὸν δῆμον τὰ ἐγκ-  
τήματα ὁ[π]όσ' ἂν τυγχάνῃ ὄντα ἢ ἴδια ἢ δ-

## II

[Κερκυ]ραίων  
[ὁ δῆ]μος.  
[Ἀβδη]ρῖται.  
[Θάσι]οι.

5 [Χαλκι]δῆς  
ἀπὸ [Θράκη]ς.

Ἀἴνιοι.  
Σαμοθράκη[ες].  
Δικαιοπολίται.

10 Ἀκαρῶνες.

Κεφαλλήνων  
Πρωῶνοι.  
Ἀλκείτας.

Νεοπτόλεμος.

18 suppl. Meierus. ΟΣ[ΣΟΙ ΤΟ ΒΑΣΙ]ΛΕΩΣ Eustratiades, ΟΣ[ΟΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙ]ΛΕΩΣ Rangabes.  
22 [ΦΡΟΡΑ]Ν Μ. [ΠΡΥΤΑ]ΝΕΙΣ ed. Graeci.

15 Ἄνδριοι.

[Τ]ήνιοι.  
[Ἔσ]τιαιῆς.  
Μυ[κ]όνιοι.

Ἀντισσαῖοι.

20 Ἐρέσιοι.

Ἀστραίοισιοι.

Κείων  
Ιουλιῆται.

Καρθαίεις.

25 Κορήσιοι.  
Ἐλαιούσιοι.

Ἀμόργιοι.

Σηλυμβριανο[ί].

Σίφνιοι.

30 Σικινῖται.

Διεῖς

ημόσια Ἀθηναίων ἐν τῇ χῶρῃ τῶν ποιου-  
30 μένων τὴν συμμαχίαν καὶ εἰς εὐνοίας π-  
ίστιν δοῦναι [αὐτοῖς. ἐὰν δὲ τῷ τυγχάνῃ]  
τῶν πόλεων [τῶν ποιουμένων] τὴν συμμαχ-  
ίαν πρὸς Ἀθηναίους στήλαι] οὔσαι Ἀθήνησ-  
ι ἀνεπιτήδειοι, τῆμ βουλῆν τὴν αἰ βουλε-  
35 ῦουσαν κυρίαν εἶναι καθαιρεῖν. ἀπὸ δὲ Ν-  
αυσινίκου ἀρχοντος μὴ ἐξεῖναι μῆτε ἰδ-  
ία μῆτε δημοσίῃς Ἀθηναίων μηθενὶ ἐγ-  
κτήσασθαι ἐν τ[α]ῖς τῶν συμμάχων χώραι-  
ς μῆτε οἰκίαν μ[ῆ]τε χωρίον μῆτε πριαμέ-  
40 νῳ μῆτε ὑποθε[μ]ένῳ μῆτε ἄλλῳ τρόπῳ  
μηθενί. ἐὰν δὲ [τις ὦν]ηται ἢ κἀται ἢ τί-  
θηται τρόπῳ ὀφροῦν, ἐξεῖναι τῷ βουλο-  
μένῳ τῶν συμμάχων φῆναι πρὸς τοὺς συν-  
έδρους τῶν συμμάχων· οἱ δὲ συνέδροι ἀπο-  
45 [δ]όμενοι ἀποδόντω[ν τὸ μὲν ἦ]μισυ τῷ φήσαντι, τὸ δὲ ἄ-  
λλο κοινὸν ἔστω τῶν συμμάχων. ἐὰν δὲ τι-  
ς [ἦ] ἐπὶ πολέμῳ [ἔ]τι τ[ο]ῦς ποιησαμένους  
τὴν συμμαχίαν ἢ κατὰ [γῆ]ν ἢ κατὰ θάλαττα-  
αν, βοηθεῖν Ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους  
50 τούτοις καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλαττα-  
ν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. ἐὰν δὲ τι-  
ς εἴτῃ ἢ ἐπιψηφίση ἢ ἄρχων ἢ ἐδμώτης  
παρὰ τὸδε τὸ ψήφισμα, ὡς λύειν τι δεῖ τ-  
ῶν ἐν τῷδε τῷ ψηφίσματι εἰρημένῳν, ὑ-  
55 παρχέτω μ[ὲν] αὐτῷ ἀτίμῳ εἶναι καὶ [τὰ  
κρ]ήματα αὐτ[ο]ῦ δημόσια ἔστω καὶ τῆς [θεοῖ  
τ]ὸ ἐπιδ[έ]κατον, καὶ κρινέσθω ἐν Ἀθηναί-  
οις καὶ τοῖς συμμάχοις ὡς διαλύων τῇ[ν]  
συμμαχίαν, [ζ]ημιούντων δὲ αὐτὸν θανάτῳ

30—32 Κ[ΑΙ ΕΙΣ ΕΥΝΟΙΑΣ Π]ΙΣΤΙΝ ΔΟΝΑΙ [ΑΥΤΟΙΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΩΙ ΤΥΓ]ΧΑ[ΝΗ]-Ι ego.  
Κ[ΑΙ ΤΟΣ ΕΧΟΝΤΑΣ Π]ΙΣΤΙΝ ΔΟΝΑΙ Α[ΘΗΝΑΙΟΙΣ. Ο Α ΑΝ Τ]ΥΓΧΑΝ[Η]-Ι (sc. οὗ δ' ἂν τυγχάνῃ)  
Rangabes. Π[ΙΣΤΙΝ ΔΟΝΑΙ] [ΑΥΤΟΙΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΠΟ ΤΥΓ]ΧΑ[ΝΗ]-Ι Eustratiades. Κ[ΑΙ ΒΕΒΑΙΟΤΑ-  
ΤΗΝ Π]ΙΣΤΙΝ ΔΟΝΑΙ [ΑΥΤΟΙΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΝΙ ΤΥΓ]ΧΑ[ΝΗ]-Ι M., quo supplemento versus fiunt XXXII  
litterarum. De singulari numero τυγχάνῃ vid. Meierum in add. p. 108. Litterae Α post δοῦναι et litterarum ΥΓ  
ex verbo τυγχάνῃ vestigia supersunt. Post ΧΑ spatium est duarum litterarum (NH), I est in v. 32.

45 in lapide est ΜΥΣΥ.

46 suppl. Rangabes, Boeckhius (in add. ad Oec. p. Ath. p. 20), Meierus. Litterarum NON . . T vestigia exstant.

53 T[Ι Α]ΕΙ Boeckhius. Litterae Α post δοῦναι et litterarum ΥΓ  
ex verbo τυγχάνῃ vestigia supersunt.

56 ΧΡ[ΗΜΑΤΑ] Boeckhius et Meierus.

ἀπὸ Θράκης.

Νεοπολίται.

60 ἢ φυγῆ οὐ[περ] Ἀθηναῖοι καὶ οἱ σύμμαχοι  
κρατοῦσι[ν. ἐὰν] δὲ θανάτου τιμηθῆ, μὴ τα-  
φήτω ἐν τῇ [Ἀττικῇ] [μ]ηδὲ ἐν τῇ τῶν συμ-  
μάχων. τὸ δ[ὲ] ψήφισμα τόδε ὁ γραμματεὺς  
ὁ τῆς βουλῆς ἀναγρ[αφάτω] ἐν στήλῃ λιθί-  
65 νῃ καὶ κα[τ]αθέ[τω] παρὰ τὸν Δία τὸν Ἐλευ-  
θέριον, τὸ δὲ ἀρ[γύριον] δοῦναι εἰς τὴν ἀν-  
αγραφὴν τῆς στήλης ἐξήκοντα δραχμὰς  
ἐκ τῶν δέκα ταλάντων τοὺς ταμίαις τῆς θε-  
οῦ. εἰς δὲ τὴν στήλῃν ταύτην ἀναγρά-  
70 φειν τῶν τε οὐσῶν πόλεων συμμαχίδων τ-  
ὰ ὀνόματα καὶ [ῆ]τις ἂν ἄλλη σύμμαχος γί-  
νηται. ταῦτα [μ]ὲν ἀναγράψαι, ἐλίσθαι δ-  
ὲ τὸν δῆμον πρέσβεις τρεῖς ἀντίκα μάλ-  
[α] εἰς Θήβας, οἵτινες πείσωσι Θηβαίους ὃ  
75 [τ]ι ἂν [δύναται] ἀγαθόν. οἶδε ἤρεθσαν.  
[Ἀ]ριστοτέλης Μαραθώνιος. Πύρρονδρο-  
[ς] Ἀναγλύσιος. Θρασύβουλος Κολλυτεύς.  
Ἀθηναί[ω]ν πόλεις αἶδε σύμμαχοι.  
Χῖοι. Τενέδιοι. Θηβαῖοι.  
80 Μυτιλη[ν]αῖοι. Χαλκιδῆς.  
[Μηθ]υμ[ν]αῖοι. Ἐρετριῆς.  
Ῥόδιοι. Ποιήσιοι. Ἀρεθοῖσιοι.  
Βυζάντιοι. [Κ]αρίσιοι.  
Περίνθιοι. Ἴκιοι.  
85 Πεπαρήθιοι. Παλ[αι]ῆς.  
Σκιάδιοι. . . . .  
Μαρωνῖται. . . . .  
Διῆς. . . . .  
Πάρι[οι]. Ο . . . . .  
90 Ἀθην[ῆ]ται. Π . . . . .  
Ἀριστοτέλης εἶπε [ἐπει-]  
δὲν πρῶτο  
ἐκόντες π[ροσ]χωρῶσι [ἐψη-]  
φισμένα τῶ δῆμῳ καὶ τ  
95 νήσων εἰς τὴν συμμ[αχίαν]  
τοῖς τῶν ἐψηφισμένων

Ζακυν[θ]ίων  
35 ὁ δῆμο[ς]  
ὁ ἐν τῷ Νήλλ-  
φ.

60 O[ΠΕΡ] Meierus. O[ΠΟΥ] Eustratiades et Boeckhins.  
61 supplevit Meierus.  
75 [ΔΥΝΩΝ]ΤΑΙ Graeci, coll. Aesch. 2, 104 p. 41 πράττειν δὲ τοὺς πρέσβεις καὶ ἄλλ' ὃ τι ἂν δύναται  
ἀγαθόν. Et litterarum ΔΥ vestigia supersunt. [ΦΑΙΝΗ]ΤΑΙ Meierus.

Mitto nunc ipsum populiscitum, de quo mox alio loco dicam, ac totum me converto ad  
tabulam sociorum, quam tituli nostri verbis ita confectam esse docemur, [ut quae tum civitates  
in societate Atheniensium essent, statim perscriberentur, quaecunque post diversis temporibus  
accederent, deinceps adicerentur: I, 69 εἰς δὲ τὴν στήλῃν ταύτην ἀναγράφειν τῶν τε  
οὐσῶν πόλεων συμμαχίδων τὰ ὀνόματα καὶ [ῆ]τις ἂν ἄλλη σύμμαχος γίνηται. Prius autem  
quam Athenienses hoc decreto publica fide data declararent, quanta humanitate aequitate iustitia  
socios tueri vellent, Chii Thebani alii foedus cum Atheniensibus composuerant: I, 23 ἐπὶ δὲ  
[τοῖς] αὐτοῖς, ἐφ' οἷσπερ Χῖοι καὶ Θηβαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι; erat concilium ex  
legatis sociorum constitutum, quod quae ad communem utilitatem pertinerent curaret I, 43 φῆναι  
πρὸς τοὺς συνέδρους τῶν συμάχων, οἱ δὲ συνέδροι κτλ. Quibuscum ubi Diodori de iisdem  
rebus narrationem comparamus, illud quidem, quod iam pridem a doctis hominibus observatum  
est, novo eodemque luculento testimonio comprobatur, hunc scriptorem, ut ubique fere in tem-  
poribus notandis parum accurate sit versatus, sic hoc quoque loco, quae archonte Nausimico,  
ol. C, 3 octavo vel nono mense gesta sint (in Februarium enim et Martium septima huius anni  
prytania inciderit necesse est), perperam ad quartum annum rettulisse. Simul autem intellegi-  
mus, quod idem inter prima foedera et rogationem de Atheniensium in agris sociorum posses-  
sionibus perlata aliquod tempus intercessisse indicat, recte atque ordine factum esse. Sed  
ne hoc ipso tempore Sphodriam Lacedaemonium praepostero consilio fines Atticos invasisse  
Diodorum secuti statuamus, Xenophontis vetat auctoritas: qui quidem scriptor, alioquin prae nimio  
Laconicarum partium studio in rebus quae Spartanis molestae acciderunt, enarrandis iusto  
brevior, hic diserte testatur (H. Gr. V, 4, 34, coll. §. 20), Athenienses non prius Piraeum  
portis claudendum classemque aedificandam curavisse quam incursione illa hostili et impunitate  
Sphodriae in Lacedaemoniorum iudicio concessa edocti essent, quam anceps et infirma Sparta-  
norum fides esset. Cf. Plut. Pelop. 15 ἐκ τούτου (sc. post Sphodriae in Atticam incursionem)  
πάλην προθυμότητα Ἀθηναῖοι τοῖς Θηβαίοις συνεμάχων καὶ τῆς θαλάττης ἀντελαμβάνοντο  
καὶ περιμόντες ἐδέχοντο καὶ προσήγοντο τοὺς ἀποστατικῶς τῶν Ἑλλήνων ἔχοντας. Diodorus  
igitur (nam Xenophon de societate ab Atheniensibus conflata tacet) postquam de legatis ab  
Atheniensibus per Graeciam missis et de propensa multarum civitatum in eos voluntate dixit,  
pergit (XV, 28) πρῶτοι δὲ πρὸς τὴν ἀπόστασιν ὑπήκουσαν Χῖοι καὶ Βυζάντιοι, καὶ μετὰ  
τούτους Ῥόδιοι καὶ Μυτιληναῖοι καὶ τῶν ἄλλων τινὲς νησιωτῶν. Quae num Diodorus ab  
omni parte recte scripsisset vel antequam titulus noster inventus esset dubitari poterat: Iso-  
crates enim in or. Plataica 28 p. 301 (cf. Paneg. 16 p. 44) auctor est Chios Mytilenaeos By-  
zantios etiam post pacem Antalcideam, qua reliqua inter civitates Graecas foedera soluta sunt, in  
Atheniensium societate persituisse. Cf. Rehdantzium in Vit. Iphicratis Chabriae Timothei p. 54 n. 34.  
Cum his veteribus amicis quis sibi persuaserit non statim Atheniensibus de novo foedere com-  
ponendo convenisse, sed alio tempore cum Byzantiis, alio cum Mytilenaeis? At non esse ita  
quum ex hac tabula perspicimus, simul intellegimus quaenam fuerint illae civitates quas  
Diodorus universe tantum significaverit.

Primum inter socios locum obtinent v. 79 ΧΙΟΙ ΤΕΝΕΛΙΟΙ; his adiunguntur v. 80 sqq.  
ex Lesbiis ΜΥΤΛΗ[Ν]ΑΙΟΙ et [ΜΗΘΥΜΝ]ΑΙΟΙ, deinde ΡΟΔΙΟΙ, ΠΟΙΗΣΣΙΟΙ,



**BYZANTIOI, ΠΕΡΙΝΘΙΟΙ.** De Chiis Rhodiis Byzantiis non est quod pluribus exponam, quos notum sit quemadmodum primi in renovando cum Atheniensibus foedere fuissent, sic bello sociali una descivisse. Tenedios in Atheniensium fide et societate usque ad proelium Chaeroneense mansisse ex Aeschinis or. II, 20 p. 30. 126 p. 44. Dem. de cor. 302 p. 326 compertum habemus: cf. or. adv. Polyclem 53 sq. p. 1223, in Theocrinem 35 p. 1333. Ex Lesbi civitatibus Antissa et Eresus infra (II, 19 sq.) recensentur: Methymnaeorum nomen quin recte Eustratiades in lacuna suppleverit (*H* paene totum superest) neque ego dubito et Meiero in commentatione secunda p. 56 idem probabile visum est. Ad Mytilenaeorum cum Atheniensibus foedera pertinet etiam inscriptio apud Rangabem l. l. nr. 380 notata: quae utrum ad bellum Corinthiacum an ad haec tempora referenda sit, quae Rangabis sententia est, mihi non liquet. Ol. CIV, 4 Mytilenas in Atheniensium potestate fuisse ex Apollodori adv. Polycl. or. l. l. constat: totam insulam Lesbum Demosthenes or. in Aristocr. 143 p. 667 foederatam dicit, ita tamen ut priora tempora respiciens non indicet, manseritne in fide Atheniensium an iam desciverit. Neque enim defuerunt qui soluto cum Atheniensibus foedere dominationem sibi comparare studerent, quorum factio quum in aliquod tempus summa rerum potita esset (Dem. or. Rhod. 19 p. 196, habita illa ol. CVII, 2, *Χίων ὀλιγαρχουμένων καὶ Μυτιληναίων καὶ νυνὶ Ῥοδίων.* or. adv. Boeot. II, 36 sq. p. 1019 *Κάμμη τῷ τυραννοῦντι Μυτιλήνης ὑπηρετῶν, ὅς καὶ ὑμῖν κοινῇ καὶ ἐμοὶ ἰδίᾳ ἐχθρὸς ἐστίν.* cf. de contribut. 8 p. 168. prooem. Demosth. 37 p. 1446), Ol. CVIII, 2 restituta libertate civitas Mytilenaeorum amicitiam et societatem, quae sibi cum Atheniensibus esset, denuo confirmavit. Vid. titulum Atticum apud Rangabem l. l. n. 401 *Ἐπὶ Θεμιστοκλέους ἀρχοντος.* — — *δεδοχθαι τῷ δήμῳ τὴν μὲν φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν ὑπάρχειν [τῷ δήμῳ τῷ Μυτιληναίων] πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, [ὡς συν]έθεντο πρὸς ἀ[λλήλας] αἱ πόλεις τὰ συνθήματα τῆς ἡγεμονίας ἕως . . . . .*

Ceorum soli Poëssii hic memorantur: reliquae eius insulae civitates (II, 22 sqq.) quamdiu a Spartanorum partibus stetisse videantur infra explicabo. Byzantios excipit Perinthus, in Thracia ad oram Propontidis sita: quam urbem ut a Thracibus defenderent Athenienses postea et militum mercenariorum praesidio firmaverunt et sub CV olympiadis initium ibi classem in statione posuerunt. Vid. Dem. or. in Aristocr. 142 p. 667, 3. 165. 168 p. 675, 14. 676, 21. Perinthii quemadmodum una cum Byzantiis ad Atheniensium societatem se applicaverunt, ita bello sociali illorum partes quum deficerent secuti sunt. Mox una cum Byzantiis et in Philippi Macedonis societatem se contulerunt et soluto foedere, quum idem totam Thraciam armis occupasset, belli discrimen subierunt. Hae sunt civitates maritimae, quas quum hoc decretum fieret Atheniensium socias fuisse arbitror: nam quae sequuntur, Peparethus et Sciathus, eas post accessisse ad societatem accipimus.

Respiciamus iam ad dextram partem, ubi primo loco **ΘΗΒΑΙΟΙ** scripti sunt. Cum Thebanis Athenienses ubi primum imperii maritimi denuo capessendi Spartanisque belli indicendi consilium cepissent, foedus fecisse notum est: mox Boeotis adversus magnum hostium exercitum et summa cum alacritate subsidio venisse et Chabria duce rem ita gessisse, ut

Agesilaus in aciem progredi non auderet. Quae qui secum reputaverit anno ante quam Nausinicus summo magistratu fungeretur gesta esse (nam exeunte Ol. C, 2 ante messem factam Lacedaemoniorum exercitus in Boeotia fuit), mirabitur fortasse Thebanos et in hac tabula et in ipso populiscito (v. 24) Chiis postposito sesse. At, credo, hoc veteri, etiam dubiis temporibus conservatae amicitiae tributum est, ut qui ne finito quidem bello Corinthio ab Atheniensibus seiungi vellent, primum inter socios locum obtinerent. Nec prius Thebanos, ut ad commune sociorum concilium legatos mitterent, invitatos esse puto, quam de ipso hoc concilio et de conditionibus foederis inter Athenienses et civitates maritimas convenisset: in qua sententia etiam Rangabem esse video (Antiqu. H. II p. 377). Habemus de hac re Diodori testimonium, qui postquam de foedere composito dixit addit c. 29: *προσελάβοντο δὲ καὶ τοὺς Θηβαίους ἐπὶ τὸ κοινὸν συνέδριον ἐπὶ τοῖς ἴσοις πᾶσιν.*

Sequuntur Euboeenses **ΧΑΛΚΙΑΗΣ, ΕΡΕΤΡΗΣ, ΑΡΕΘΟΣΙΟΙ, [Κ]ΑΡΥΣΤΙΟΙ**, quos perlata hac de Atheniensium in terra sociorum possessionibus rogatione omnium primos foederi sese adiunxisse Diodorus narrat c. 30: *πολλὰ μὲν οὖν καὶ τῶν ἄλλων πόλεων διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν προεκλήθησαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἀποκλῖναι, πρῶται δὲ καὶ προθυμότερα συνεμάχησαν αἱ κατὰ τὴν Εὐβοίαν οἰκοῦσαι, χωρὶς Ἑστιάας.* Euboeensium studia Timotheus excitavisse videtur, quem tunc Athenienses cum Chabria et Callistrato imperatorem creaverant (Diod. XV, 29): hunc enim Plutarchus in libello de gloria Athen. 8 p. 350 F. liberatorem Euboeae appellat: *Ἰσοκράτης δὲ μικροῦ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνήλωσεν ἵνα γράψῃ τὸν Πανηγυρικὸν λόγον. — ἐν ᾧ Τιμόθεος Εὐβοίαν ἤλευθέρον, καὶ Χαβρίας περὶ Νάξον ἐναυμάχει κτλ.,* quem locum Rehdantzius l. l. p. 57 recte ad haec tempora retulisse puto. Arethusa in tabulis prioris Atheniensium societatis, a Boeckhio in Oeconomia Atheniensium publicae altero volumine editis non comparet, fortasse quod tum hoc oppidum, cuius sola apud Stephanum Byzantium mentio extat, in Chalcidensium ditone erat: fontem hoc nomine Strabo I p. 58. X p. 449 in agro Chalcidensium descripsit: cf. Plin. N. H. IV, 12, 21 et, quem locum Rangabes indicavit, Eurip. Iph. in Aul. 170. Ad Eretriensium, Chalcidensium Carystiorumque cum Atheniensibus societatem pertinet titulus archonte Agathocle Ol. CV, 4 scriptus, quem Rangabes in Antiqu. Hell. Vol. II n. 391 sq. edidit. Plura de rebus Euboeensium et exposui in Vit. Demosth. Vol. II p. 73 sqq. (cf. p. 394. 457 sq.) et expositurus sum in eiusdem libri vol. I. De Hestiaeensibus infra videbimus.

Venimus ad incolas insularum in mari Thracio haud procul ab Euboea sitarum: leguntur enim v. 83 **ΙΚΙΟΙ**, v. 84 sq. **ΠΕΙΛΑΦΘΙΟΙ, ΣΚΛΑΟΙΟΙ**, qui non multo post Euboeenses, ante auctumnum ol. C, 4. 377 foederi Atheniensium adscripti sunt. De Peparetho et Sciatho nota res est ex Diod. XV, 30: *τῆς δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεμφθείσης δυνάμεως ἡγούμενος Χαβρίας ἐπόρθησε τὴν Ἑστιάωτιν χώραν. — αὐτὸς δὲ ταῖς Κοκλάσι νήσοις ἐπιπλέων προσηγάγετο Πεπάρηθον καὶ Σκίαθον καὶ τινὰς ἄλλας τεταγμένας ὑπὸ Λακεδαιμονίοις:* eandem etiam Philippi aetate in Atheniensium fide fuisse ex Dem. or. Phil. I, 32 p. 49, 4. de reb. Chers. 36 p. 99, 2. de cor. 70 p. 248, 5 atque ex Philippi epistola 12 p. 162, 1 compertum habemus. De tempore inde constat quod Hestiaeensium urbem Oreum, quam Chabrias frustra petierat, Xenophon H. Gr. V, 4, 57 sq. proximo auctumno a Lacedaemoniis descivisse narrat.

Sequuntur *ΜΑΡΩΝΙΤΑΙ* in littore Thracio habitantes et *ΔΙΗΣ*, quorum urbs Dia seu Dium ad Cenaeum montem Euboeae sita fuit. Altera enim eiusdem nominis Euboeensium in Athone monte colonia postea in hanc tabulam relata est (II, 31 sq.), et solet ubi Diensium nomini definitio non additur, Euboeae civitas significari: vid. Boeckhium l. l. p. 682. Has quoque civitates a Chabria receptas dixerim: saltem veri est simile hunc ducem ab insulis ad litus Thracium navigasse et inde praeter Euboeam domum revertisse. Maronitas quod Chabrias cum Abderitis reconciliasse fertur, si omnino de hac re scholiastae ad Aristid. Panath. p. 173, 17 fides habenda est, quod Rehdantius (l. l. p. 63) dubitat, non potest nisi ad ea tempora referri, quibus Abderitae quoque se Atheniensium fidei commiserunt: vid. infra ad II, 3 adnotata. De contentione quae postea inter Maronitas et Thasios agitata est, donec Athenienses iudicium suum interponerent, vid. Boeckhii de Philochori Atthide commentationem p. 19, insertam illam Comment. acad. Berol. a. 1832.

His rebus gestis Athenienses de studio imperii maritimi repetendi aliquantum remisisse videntur, fortasse quod ex pecunia novo tributis genere ad aerarium publicum collata parum superesset, quo novos in rem navalem sumtus facerent. Accedebat quod bellum tum terra maxime gerebatur: nam et vere ol. C, 3 Agesilaus iterum Boeotiam bello petiit et proximo vere (ol. C, 4) Cleombrotus cum exercitu Thebanorum fines invadere conatus est. Quibus temporibus Athenienses sociis finitimisque strenue opem esse ferendam existimaverunt, qui et priore anno Chabriam, priusquam cum classe exiret, Thebanis auxilio miserint, et altero anno iterum cum Thebanis coniuncti Peloponnesiis tam fortiter restiterint, ut Cleombrotus rex Spartanorum desperato per montem Cithaeronem itinere in Peloponnesum reversus infecta re exercitum dimitteret. Quod indignati socii Lacedaemoniorum bellum grave sibi et molestum nequiquam duci Spartam congressi decreverunt, ut navibus instructis numero pluribus quam Atheniensibus paratae essent ipsas Athenas fame et obsidione pressas ad deditionem redigerent. Ex hoc decreto Pollis Lacedaemonius cum classe sexaginta quinque navium in mare Aegaeum profectus, stationibus ad Aeginam Ceum Andrumque insulas dispositis Athenienses in tantas annonae angustias adduxit, ut urbs pro obsessa esset: neque enim naves frumento onustae ultra Geraestum, Euboeae promontorium ad Atticam vergens, provehi audebant, ne a Lacedaemoniis interciperentur. Illa tempora in mente habebat Demosthenes quum in or. Androtionea 15 p. 598, 1 scriberet: *καὶ τί δέϊ τὰ παλαιὰ λέγειν; τὸν τελευταῖον γὰρ ὕστε, τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον, ὅτε μὲν ναῦς οὐκ ἔδοκίμει ἀποστεῖλαι δυνήσεσθαι, πῶς διέκειθ' ἡ πόλις. ὕστε ὀρόβους ὄντας ὠνίους. ἐπειδὴ δ' ἀπειστείλατε, εἰρήνης ἐτύχετε ὅποίας τινὸς ἠβούλεσθε.* Quae quum ita essent, Athenienses ipsi duce Chabria classem summo omnium studio instructam conscenderunt, quae hostes mari depelleret urbemque obsidione liberaret. Nec spes eos fefellit: neque enim Chabrias rem frumentariam modo expedit, sed etiam proelio navali inter Naxum et Parum insulas commisso Peloponnesiorum classem tanta clade affecit, ut hi nunquam posthac Aegaeum mare repetere conarentur. Post hoc proelium insulas Cyclades in Atheniensium partes cessisse iam pridem Rehdantius l. l. p. 61 vidit, quae coniectura, quod ad Parios attinet, titulo nostro firmatur: scripti enim sunt v. 89 *ΙΛΑΡ[Ι]ΟΙ*. Aliarum eiusdem tractus civitatum nomina forsitan in lacuna quae a dextra parte est perscripta fuerint, Naxum maxime dico, quam quum Dio-

dorus XV, 34 et schol. ad Aristid. Panathen. p. 173, 16 iam ante pugnam a Chabria oppugnatam esse perhibeant, non est probabile post victoriam Atheniensibus restitisse. Testatur hoc perexiguae auctoritatis scriptor, L. Ampelius in libri memorialis c. 15, 18 *Chabrias dux, qui — Cypron et Naxos et omnes asiaticas insulas Athenis adiunxit*; sed vide etiam Dem. or. in Lept. 77 p. 480, 5 *ἐνίκησε μὲν τοῖνον (Χαβρίας) Λακεδαιμονίους ναυμαχίᾳ —, εἶλε δὲ τῶν νήσων τούτων τὰς πολλὰς καὶ παρέδωκεν ὑμῖν καὶ φιλίας ἐποίησεν ἐχθρῶς ἐχούσας πρότερον.* 80 p. 481, 7 *ἑπτακαίδεκα πόλεις εἶλεν.* Alias tamen insularum Cycladum alio tempore Atheniensibus se coniunxisse hic titulus docet. Parios excipiunt *ΑΘΗΝ[Ι]ΤΑΙ*, Athenarum Diadum, oppidi in Euboea prope Dium siti, incolae. Strab. X p. 446. Boeckh. l. l. p. 666. Quae versu 89 et 90 supersunt litterae *O* et *Π* quorsum pertineant diiudicari nequit. Restant in altera parte v. 85 litterae *ΠΑΛΛΑ* seu *ΠΑΛΛΑ*, quas Eustratiades suppletas voluit *Παλα[ιπερκώσιοι]*, Meierus *Παλα[ιῆς]*. Illud quidem manifesto falsum est, quod idem de supplemento [*Ἐρνθ[ραίων]* II, 1 ab Eustratiade proposito et a Meiero tolerato dictum volo. Sane et Palaepercosii et Erythraei aliquoties inter veteres Atheniensium socios memorantur (vid. Boeckhium l. l. p. 686. 715), verum in novam societatem archonte Nausinico constitutam non esse adscitos certo nobis licet adfirmare: cuius hanc sibi legem Athenienses scripserunt ne ullam civitatem reciperent, quae regis Persarum esset; vid. tit. nostrum I, 15 [*ἐψηφίσθη τῷ δήμῳ, ἕάν τις βούληται τῶν Ἑλλήνων ἢ τῶν βαρβάρων τῶν ἐν [ἡπειρῶ ἐν]οικούντων ἢ τῶν νησιωτῶν, ὅσ[οι] μὴ βασιλέως εἰσίν, Ἀθηναίων σύμμαχος εἶναι καὶ τῶν συμμάχων, ἐξεῖναι α[ὐτῶν]*]. Fecerunt hoc ne pacem ab Antalcida cum rege Artaxerxe compositam rumpeant, cuius haec prima lex erat (Xen. H. Gr. V, 1, 31): *Ἀρταξέρξης βασιλεὺς νομίζει δίκαιον τὰς μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις ἑαυτοῦ εἶναι καὶ τῶν νήσων Κλαζομενῶν καὶ Κύπρον.* De reliquis civitatibus Graecis cf. Dem. or. Rhod. 27 p. 198 *Κῶν καὶ Ρόδον καὶ ἄλλας ἐτέρας πόλεις Ἑλληνίδας, ὧν βασιλεὺς — ἐν ταῖς συνθήκαις ἀπέστη τοῖς Ἑλλησιν.* Erythras autem Ioniae urbem fuisse constat, Percote s. Palaepercote Lampsacum inter et Abydum sita fuit: ergo utraque ad imperium Persarum pertinebat. Quod olim Eustratiades putabat legi posse *Παλλ[ηνης]* a Meiero coniecit *Παλα[ιῆς]*, quod nomen etiam *Παλλ[ῆς]* scribi poterat: vid. Boeckh. C. I. gr. II n. 1929: de altera forma vid. Meierum in praefatione comm. I p. IV. Civitas est Cephalleniae, quae, si Meieri coniectura vera est (nec quod melius esset mihi in mentem venit), antea quam Timotheus Peloponnesum circumvectus est, veterem cum Atheniensibus amicitiam (Thuc. II, 30) renovasse videtur.

Transeo ad sinistrum lapidis latus, ubi primum locum tenet [*ΚΕΡΚΥ]ΠΑΙΩΝ Ο ΔΗΜΟΣ*: hoc enim, quod et ipse conieceram, verissime Rangabes restituit. Erythraeorum nomen cur ferri non possit dixi: Coreyraei autem quin in hoc titulo, in quo mox (II, 10 sqq.) Acarnanes et ex Cephallenibus Pronnos legimus, inscripti fuerint, dubium non est. Habemus enim fragmenta decreti hoc ipso nomine facti, quae a. 1838 Athenis in arce reperta et in ephem. archaeol. nr. 158 edita, nuper Rangabes in antiqu. Gr. vol. II p. 50 (n. 382) exhibuit. Inde desumpta et Meierus praefationi commentationis epigraphicae p. VII inseruit neque ego praetermittere volui, quum in nonnullis mihi ab his editoribus dissentendum sit.



Ι Λ Ο Κ Λ Η Σ Ω  
 Ι Ι Π Π Ο Δ Α Μ Α  
 Ε Ρ Α Σ Π Ρ Υ Τ Α Ν  
 Γ Ρ Α Μ Α Τ Ε Υ Ε Ε Δ Ο Ξ  
 5 Σ Ε Ι Π Ε Π Ε Ρ Ι Ω Ν Λ Ε Ι  
 Τ Ω Ν Κ Ε Ρ Κ Υ Ρ Α Ι Ω Ν Κ Α Ι Ι  
 Α Η Ν Ω Ν Ε Π Α Ι Ν Ε Σ Α Ι Μ Ε Ν Τ  
 Ι Α Κ Α Ρ Ν Α Ν Ω Ν Κ Α Ι Κ Ε Φ Α Α  
 Ο Ι Π Ε Ρ Ι Τ Ο Ν Δ Η Μ Ο Ν Τ Ο Ν  
 10 Α Ι Ν Υ Ν Κ Α Ι Ε Ν Τ Ω Ι Π Ρ Ο Σ  
 Ω Ν Δ Ε Ο Ν Τ Α Ι Π Ρ Ο Σ Α Γ Α Γ Ε  
 Ν Δ Ε Ξ Υ Μ Β Α Λ Λ Ε Σ Θ Α Ι Τ Η Σ  
 Ι Α Ν Α Γ Ρ Α Ψ Α Ι Τ Ω Ν Π Ο Λ Ε Ω Ν Τ  
 Τ Η Ν Σ Τ Η Α Η Ν Τ Η Ν Κ Ο Ι Ν Η Ν Τ Ω  
 15 Α Τ Η Σ Β Ο Υ Λ Η Σ Κ Α Ι Α Π Ο Δ Ο Ν Α  
 Τ Α Ι Σ Η Κ Ο Σ Α Ι Σ Τ Η Ν Β Ο Υ Λ Η Ν  
 Τ Ι Π Π Ε Δ Σ Κ Α Ι Τ Ο Σ Σ Υ Μ Μ  
 Ν Π Ρ Α Χ Θ Ε Ν Τ Ω Ν Δ Ε Τ Ο Υ  
 Ν Δ Ο Ξ Ε Ι Τ Ω Ι Κ Ο Ι Ν Ω Ι  
 20 Ξ Μ Ν Ο Σ Τ Ο Σ Ο Ρ Κ Ο Σ

Φιλοκλῆς Ὠαθεν ἐγραμμάτενε.

ἐπὶ Ἰπποδάμου ἀρχοντος, ἐπὶ τῆς . . . . . ἰδος δευτέρου προτανείας, ἢ Φιλοκλῆς . . . . . Ὠαθεν ἐγραμμάτενε, ἔδοξε τῇ βουλῇ, . . . . .

5. .] εἶπε. περὶ ὧν λέγουσιν οἱ ἤκοντες δημοσίᾳ παρὰ τῶν Κερκυραίων καὶ τῶν Ἀκαρνάνων καὶ τῶν Κεφαλλήνων, ἐπαινεῖσαι μὲν τὰς πόλεις Κερκυραίων τε καὶ Ἀκαρνάνων καὶ Κεφαλλήνων, ὅτι εὖνοι καὶ πρόθυμοι περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων διατελοῦσιν οὔσαι καὶ νῦν καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὧν δεόνται προσαγαγεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ ἀναγράψαι τῶν πόλεων τούτων τὰ ὀνόματα εἰς τὴν στήλην τὴν κοινὴν τῶν συμμάχων τὸν γραμματέ-

15 α τῆς βουλῆς καὶ ἀποδοῦνα[ι ξένα ταῖς πρεσβείαις  
 ταῖς ἡκούσαις. τὴν βουλὴν [. . . . . τού-  
 ς τ' ἱππέας καὶ τοὺς συμμάχους . . . . .  
 . . ν. παραθέντων δὲ τούτων . . . . .  
 . . . ν δόξει τῷ κοινῷ [τῶν συμμάχων . . . . .  
 20. . ὀμ]ουμ[έ]ρους τοὺς ὄρκους . . . . .

Titulus videtur versibus quadragenarum litterarum scriptus fuisse. Supplementa pleraque Rangabi debentur, a cuius ratione recessi his in locis: v. 5 sq. οἱ ἤκοντες δημοσίᾳ ego: eadem formula legitur in decreto de Potidaeatis facto, quod apud Rangabem est n. 786. οἱ πρέσβεις οἱ ἤκοντες R. 7 malim [τ. π. τὰς Κερκυραίων καὶ]. 10 περὶ δὲ τῶν ἄλλων: φάσκουσαι πάντα R. 11 προσαγαγεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, γνώμην: προσαγαγεῖσθαι τοῖς Ἀθηναίοις· γνώμην R. 12 post βουλὴν Meierus addidit εἰς τὸν δῆμον. 13 R., ubi titulum litteris minoribus expressit, ab initio huius versus duas litteras deesse significavit. Meierus scripsit καὶ, quod si verum est, sequitur ut tres litterae interciderint (ΙΚΑ), quibus adiectis versus fit XL litterarum: modo non ἐς cum R. scribatur, sed εἰς. 15 [ι ξένα τ. πρ.] ego: [ι τὰ ξένα τὰ νομιζόμενα τ. πρ.] Meierus. [ι ἐφόδια] R. 18 sq. [ὄ- τι ἄ]ν δόξη R. 20 supplevit Meierus.

Haec igitur inscriptio me movet, ut Corcyraeorum nomen in tituli nostri lacuna restituendum arbitrer. Scriptorum locos, quotquot ad renovatum Athenienses inter et Corcyraeos foedus pertinent, Rehdantzius l. l. p. 64 sqq. collegit. Ceterum si quis Corcyram tunc, quum ad Atheniensium societatem accederet, in optinatum potestate fuisse credat, quae Sieversii opinio fuit (in Historia rerum in Graecia post bellum Peloponnesiacum gestarum p. 224 sq.), videat quaeso Diod. XV, 46 τῶν ἐκ Κερκύρας τινὲς φίλοι Λακεδαιμονίων ἐπαναστάντες τῷ δήμῳ sqq. Mutato reipublicae statu cum caede adversariorum, quae caedes facta est ol. CIV, 3, 361 Charete Atheniensi arma ministrante, Corcyraeorum cum Atheniensibus societas dissoluta est: vid. Dem. or. in Timocratem 202 p. 763 τῶν γὰρ ὑμετέρων ἐχθρῶν ἐνί, Κερκυραίῳ τινὶ τῶν νῦν ἐχόντων τὴν πόλιν. de corona 234 p. 306.

Sequuntur v. 3—9 Thraciae civitates: [ΑΒΔΗ]ΡΙΤΑΙ, [ΘΑΣΙ]ΟΙ, [ΧΑΛΚΙ]ΔΗΣ ΑΠΟ [ΘΡΑΙΚΗΣ], ΑΙΝΙΟΙ, ΣΑΜΟΟΡΑΙΚ[ΕΣ], ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΤΑΙ, quas quidem civitates ad unam omnes a Chabria receptas esse censeo. Nam quo anno Timotheus cum classe Atheniensium circum Peloponnesum navigans in Coreyram contendit (Ol. CI, 1, 375), eodem Chabrias teste Diodoro XV, 36 Abderitis a Triballorum exercitu paene ad internecionem caesis (cf. quae de hac clade diligentissime scripsit Aeneas in l. de obsid. c. 15, 5) auxilio venit. Verba Diodori haec sunt: τηλικαύτη δὲ συμφορὰ τῶν Ἀβδηριτῶν περιπεπωκότων καὶ μελλόντων πολιορκεῖσθαι, Χαβρίας ὁ Ἀθηναῖος ἐπιφανὴς μετὰ δυνάμεως ἐξείλετο τῶν κινδύνων τοὺς Ἀβδηρίτας, καὶ τοὺς μὲν βαρβάρους ἐξήλασεν ἐκ τῆς χώρας, ἐν δὲ τῇ πόλει φρουρὰν ἀξιόλογον καταλιπὼν αὐτὸς ὑπὸ τινῶν ἐδολοφονήθη. Hanc expeditionem, qua Athenienses salutem Graecarum in Thraciae ora civitatum prospectum voluerunt, Aristides rhetor

respiens l. l. *τινος μνησθῶ*; inquit, *πότερον τῆς ἐν Νάξῳ ναυμαχίας, ἔργου τοσοῦτον, ἢ τῶν περὶ Κερκύραν ἀγωνισμάτων, ἢ τῶν ἐπὶ Θράκης ὑπὲρ τῆς ἐκεῖ παραθέντων Ἑλλάδος*; quo loco scholiasta, licet de rebus tum in Thracia gestis parum doctus (vid. Rehdantz. l. l. p. 63 sq.), hoc tamen confirmat, de Corcyraeis Timotheum, de Abderitis Chabriam optime meruisse. Cf. quae idem scholiasta ad p. 172, 7 et loco alieno neque satis accurate adnotavit: *Ἀβδηρίταις ἐβοήθησε Χαβρίας ἐν Θράκῃ, πολεμουμένοις ὑπὸ Μαρωνιτῶν καὶ Τριβαλλῶν* et quae sequuntur. At de nece Chabrae quam falsus sit Diodorus (nam ipsum erroris arguere malim quam in librariorum culpam transferre) Wesselingii diligentiam non fugit: Meiero adeo imposuit, ut de morte ducis clarissimi prorsus non dubitaret (I, 9. II, 56), quem multis annis post vixisse, donec bello sociali ad Chium mortem pro patria occumberet ex Xenophonte Demosthene Cornelio Nepote vel ex ipso Diodoro constat. Quid quod idem Abderitas, quos Eustratiades scriptorum testimonia secutus a Chabria in Atheniensium fidem et amicitiam receptos esse dixerat, nolebat per hunc, sed per Timotheum foederi adiunctos esse? Quippe de tabula nostra, licet agnovisset, quo quaeque civitas tempore ad societatem accessisset, eodem eius nomen prioribus sociis adiectum esse (vid. comm. ep. I p. 4. 13), tamen hanc sibi finxit opinionem, ut contenderet eas civitates quas Chabrias potissimum Atheniensibus conciliavisset, in fronte lapidis, quas Timotheus, a latere inscriptas esse videri (comm. ep. I p. 14. II p. 56). Cui coniecturae illud favere videtur, quod quum ex iis civitatibus quae in adversa lapidis parte scriptae sunt aliquot a Chabria receptas esse vidimus, tum earum quae a laeva parte leguntur nonnullas per Timotheum socias Atheniensium factas esse memoriae proditum est, aliae quin eundem foederis auctorem habuerint, nos quidem non dubitamus. Etenim a principio belli Chabrias summae rerum praefuisse videtur, quamquam collegas habuit Timotheum et Callistratum (vid. p. 9); postea per aliquod tempus Timotheus, deinde Iphicrates primas partes egit. Neque tamen propterea concesserim socios prout vel ab hoc vel ab illo imperatore reciperentur, seiunctos esse et inter se discretos, quos sola temporis ratione habita in hanc tabulam relatos esse patet. Quum in fronte lapidis spatium deficeret, lapidicam ad alteram partem transire necesse erat.

Quod si iure statuimus Abderitas, qui a Chabria ex maximis periculis servati esse ferantur, ab eodem in societatem Atheniensium receptos esse, non tribus annis post a Timotheo: etiam reliquae Thraciae civitates quae Abderitas excipiunt, eodem duce cum Atheniensibus foedus iniisse videbuntur, id quod Rehdantzius iam pridem (l. l. p. 64) suspicatus est; cf. Sieversium l. l. p. 223. Supplementa sunt Eustratiadae, nisi quod [ΘΑΣΙΟΙ] de mea coniectura scripsi, nomine ad lacunae spatium apto et aliarum Thraciae civitatum vicinia commendato. Thasios Atheniensium socios fuisse quum multis Apollodori in Polyclem orationis locis tum iis quos in Vit. Demosth. vol. II p. 163, 2. 475 attuli novimus. Ad v. 5 sq. [ΧΑΛΚΙΔΗΣ] ΑΠΟ [ΘΡΑΙΚΗΣ] Meierus p. 56 adnotavit: *ἀπὸ Θράκης coniungendum cum Χαλκιδῆς, quod praecedat, neque vero cum Αἰνιοί, quod sequitur; similiter v. 32 ἀπὸ Θράκης coniunge cum Αἰτῆς, quod est v. 31, neque cum Νεαπολίται, quod est v. 33. Etenim additur illud, ut a cognominibus distinguatur civitatibus. Atque inter Atheniensium socios Chalcidenses utriusque hac in tabula commemorantur, in dextro quidem latere Euboici, in sinistro Thracii. Quae*

mihī plane probantur, dummodo ne de societate Chalcidica, cuius caput Olynthus fuit, cogitetur, sed de oppido Chalcide ad montem Athonem sito (Steph. B. s. n. Χαλκίς. — ἔστι καὶ ἐν Ἄθῳ ἄλλη Χαλκίς, ὡς Εὐδόξος τετάρτῳ). Eiusdem regionis oppidum Dium ad Athonem (de quo Boeckhius dixit l. l. p. 682) infra v. 31 sq. legitur: *Διεῖς ἀπὸ Θράκης*. Societas Chalcidica ex quo a Lacedaemoniis bello Olynthio dissoluta est (cf. Vit. Demosth. vol. II p. 8), aut nondum erat restituta aut si erat, cum Atheniensibus inimicitias gerebat. Vere a. 375 (ol. C, 3) et Xenophon equites Olynthios Agesilao ex foedere praesto fuisse dicit (H. Gr. V, 4, 54 *οἱ τῶν Ὀλυνθίων ἵππεῖς, ἧδη γὰρ κατὰ τοὺς ὄρκους συνεστρατεύοντο*) et a Diodoro XV, 31 inter Lacedaemoniorum socios recensentur *Ὀλύνθιοι καὶ οἱ ἐπὶ Θράκης κατοικοῦντες σύμμαχοι*. Aliquot annis post (ol. CIV, 1. 364) universis Chalcidensibus Timotheus bellum intulit et plures eorum urbes vi cepit. Verum ad haec tempora neque tabula nostra pertinet neque ex his urbibus ulla in concilium sociorum admissa esse videtur. Aenios ad ostium Hebri incolentes ex Atheniensium societate in Philippi Macedonis potestatem cecidisse in or. adv. Theocrinem 37 sq. p. 1334 legimus: quod quando acciderit incertum est. De Samothracum renovata cum Atheniensibus societate aliunde nihil compertum est. Dicaeopolitae sunt cives oppidi Dicaeae prope Abderam: bene enim et Rangabes et Meierus perspexerunt, hoc intellegendum esse, non alterum eiusdem nominis oppidum in sinu Thermaico situm, quod addito conditorum nomine distingui solet: *Δίκαια Ἐρετριῶν*. Dixit de his oppidis Boeckhius l. l. p. 682 sq.

Pergimus ad Atheniensium in mari Ionio socios per Timotheum ex Spartanorum potestate ereptos. De Corcyraeis et de Palaensibus iam dictum est: hic recensentur (v. 10 sq. *ΑΚΑΡΝΑΝΕΣ, ΚΕΦΑΛΛΗΝΩΝ ΠΡΩΝΝΟΙ, ΑΛΚΕΤΑΣ, ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ*) Acarnianes, ex Cephallenibus Pronni, Alcetas et Neoptolemus Molossorum reges. De quibus Diodorus XV, 36 haec narravit: *Τιμόθεος δὲ παραλαβὼν τὴν ναυμαχίαν καὶ πλεύσας εἰς τὴν Κεφαλληνίαν τὰς τ' ἐν αὐτῇ πόλεις προσηγάγετο καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁμοίως ἐπεισεν ἀποκλίνειν πρὸς Ἀθηναίους. Ἀλκέταν τε τὸν Μολοσσῶν βασιλέα φίλον κατασκευάσας, καὶ καθόλου τὰς πλείστας τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους πόλεων ἐξειδιοποιήσας, ἐνίκησε τοὺς Λακεδαιμονίους περὶ Λευκάδα*. Cornelius Nep. in Timoth. c. 2, quum Timotheum socios adiunxisse dicit Epirotas Athamanas Chaonas omnesque eas gentes quae mare illud adiacent, singulas gentes enumerat quae tum Molossorum imperio parebant. Cephalleniae oppida non omnia Atheniensium partes secuta esse quum ex titulo nostro perspicimus, tum a Xenophonte H. Gr. VI, 2, 33 (cf. § 38) docemur reliqua ab Iphicrate ol. CI, 4. 372 expugnata esse. Ceterum de Acarnanibus et de Pronni Meierus p. 15 sq. ita egit, ut quod addam non habeam; de Alceta et Neoptolemo idem p. 13 sq., ego in Vit. Dem. vol. II p. 397 sqq.

Reliquae civitates quo auctore quoque tempore ad societatem accesserint, a scriptoribus proditum non est, praeterquam quod Diodorus Timotheum quum archonte Socratide (Ol. CI, 3. 373) iterum Corcyraeis opem ferre iussus esset, contra populi mandata primum cursum narrat Thraciam versus direxisse: XV, 47 *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστάλκεισαν Τιμόθεον τὸν Κόωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μετὰ νεῶν ἐξήκοντα· οὗτος δὲ πρὸ τῆς συμμαχίας ταύτης πλεύσας ἐπὶ Θράκης καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος προσέδηκε*



τριάκοντα τριήρεις. τότε δὲ καθυστερῶν τῆς τῶν Κερκυραίων συμμαχίας τὸ μὲν πρῶτον ἀπέβαλε τὴν στρατηγίαν, τοῦ δήμου χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν διατεθέντος· ὡς δὲ παρέπλευσεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἄγων πρέσβειν πλήθος τῶν τὴν συμμαχίαν συντιθεμένων καὶ τριάκοντα τριήρεις προστεθεικώς, πάντα τε τὸν στόλον εὐκατεσκευακῶς πρὸς τὸν πόλεμον, μετενόησεν ὁ δῆμος καὶ πάλιν αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ἀποκατέστησεν. Mox postquam de belli apparatu et de rebus a Ctesicle, quem Athenienses cum militibus quingentis Corcyraeis subsidio misisse dicit, strenue ac fortiter gestis exposuit, addit: τοῦ δὲ περὶ τὴν Κέρκυραν πόλεμον σχεδὸν ἤδη τέλος ἔχοντος κατέπλευσεν ὁ στόλος τῶν Ἀθηναίων εἰς τὴν Κέρκυραν, ἔχων στρατηγούς Τιμόθεον καὶ Ἰφικράτην. In hac narratione veris falsa mixta esse et Wesselingius vidit neque post illum quisquam fuit quin agnosceret. Etenim, ne dicam de Ctesicle aut de numero militum (ex Xenophonte constat Stesiclem Atheniensem cum sexcentis militibus levis armaturae terrestri itinere per Epirum profectum, inde Alceta adiuvante in Corecyram transvectum esse), falsum est, ut a postremis ordiar, quod Diodorus Timotheo imperium quum semel fuisset abrogatum mox restitutum esse narrat ita ut Iphicratem collegam sibi adiungi pateretur. Immo Iphicrates, non multo ante ex Aegypto in patriam redux, et Callistratus orator Timotheum prodicionis accusaverunt. Qua causa etsi absolutus est, tamen tantum abfuit ut Athenienses iniuriae duci clarissimo illatae statim poeniteret, ut in eius locum substituerent Iphicratem et Callistratum, quibus illo tempore Timotheus inimiciorem habuit neminem, praeterea Chabriam. Quid quod Timotheus, ut invidiam civium suorum effugeret atque aere alieno, quo tum summopere premebatur, se exsolveret, paucis mensibus post ad duces Artaxerxis se contulit, ut in Persarum exercitu contra Aegyptios militaret? Vide Rehdantzium l. l. p. 87 sqq., nos in Vita Demosthenis vol. I cap. 2. Nec tamen Diodorus hoc solum nomine notandus est, quod Timotheum, dum solum mutat, cum Iphicrate classi Atheniensium praefuisse finxit, sed etiam quam ob causam ille in iudicium vocatus esset, non recte indicavit. Neque enim hoc Timotheo vitio versum est quod neglectis quae a populo mandata accepisset proprio Marte Atheniensibus in mari Thracio novos socios comparare studeret, sed quod per insulas Cyclades circumvehens classiariis conqui- rendis tempus rei gerendae nequiquam tereret, dum metus esset ne hostes Corcyra, tanta urbe, potirentur. Vide Xen. H. Gr. VI, 2, 12 (Τιμόθεος) δ' οὐ δυνάμενος αὐτόθεν τὰς ναῦς πληρῶσαι, ἐπὶ νήσων (de hac formula cf. Lud. Dindorfium ad IV, 8, 7) πλεύσας ἐκεῖθεν ἐπειρᾶτο συμπληροῦν— οἱ δ' Ἀθηναῖοι νομίζοντες αὐτὸν ἀναλοῦν τὸν τῆς ὥρας εἰς τὸν περίπλου χρόνον συγγνώμην οὐκ ἔσχον αὐτῷ, ἀλλὰ παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας Ἰφικράτην ἀνθαιροῦνται. Cf. Apollod. adv. Tim. or. 9. 13 p. 1187 sq. al. l. Quibus ex locis etsi manifestum est graviter errasse Diodorum, tamen illum mera somnia narrare non dixerim, sed confudisse quae intra unius anni spatium diversis temporibus gesta sint. Ol. CI, 2. 374 post victorias a Timotheo in mari Ionio reportatas pax constituta est his conditionibus, ut Lacedaemonii Atheniensibus imperii maritimi principatum concederent (Diod. XV, 38. Corn. N. Tim. 2): quae pax tantae fuit Atheniensibus laetitiae, ut in eius memoriam quotannis ad aram Pacis sacra fieri iuberent: vid. Isoer. or. de permut. 109 sq. (Τιμόθεος) ταύτην αὐτοὺς (Λακεδαιμονίους) ἠνάγκασε συνθέσθαι τὴν εἰρήνην, ἢ τὸσαύτην μεταβολὴν ἑκατέρω τῶν πόλεων ἐποίησεν ὡςθ' ἡμᾶς μὲν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας θύειν αὐτῇ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης οὕτω τῇ πόλει συνενεργούσης,

Λακεδαιμονίων δὲ μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον μηδ' ὑφ' ἐνὸς ἐωρᾶσθαι μήτε ναυτικὸν ἐντὸς Μαλέας περιπλέον μήτε πεζὸν στρατόπεδον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ πορευόμενον. Pace composita Timotheus sub aestatem cum classe domum rediit: solvit iterum vere sequentis anni Munychione (ol. CI, 3. Aprili 373, vid. Apollod. or. in Tim. 6 p. 1187), renovato interea cum Lacedaemoniis bello, et auctumno ol. CI, 4 ad Calauriam insulam moratur non ausus classe, quae neque remigibus neque pecunia satis instructa esset, Peloponnesum circumvehi: inde cum ad causam dicendam Athenas revertisset, mense Maemacterione (Novembri) iudicium suffragiis absolutus, sed imperio se abdicare coactus est (l. l. 9 sq. p. 1187. 22 p. 1190). Interiecti igitur sunt sex menses, quibus quis crediderit Timotheum nihil prorsus egisse nisi ut remiges conquereret? Hoc igitur tempore, quod Xenophon silentio praetermisit, Timotheus primum per mare Aegaeum et Thracium navigasse videtur, ut si quae civitates ad societatem Atheniensium se convertere vellent eas reciperet. Et recepit plerasque non Diodoro solum teste, sed etiam Isocrate in Areopagitico 12 p. 142 ἀπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν ὑποπεσούσης καὶ μετὰ τὴν Κόρινθος ναυμαχίαν (bello Corinthiaco) καὶ μετὰ τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν (cf. Aesch. 2, 70 p. 37). Idem orator qua sit humanitate in socios et moderatione usus Timotheus, in or. de permut. 116—128 meritis laudibus praedicavit; cf. Aelian. Var. hist. 3, 16. Et fuisse illo tempore Timotheum in Thracio mari vel inde intellegimus, quod, ut de Amynta Macedoniae rege (Apollod. l. l. 36 p. 1194) taceam, Iasonem videmus non cum Timotheo tantum, verum etiam cum populo Atheniensi amicitiam fecisse, quam anno superiore se initurum esse negaverat. Vide Xen. H. Gr. VI, 1, 10. Apollod. l. l. 10 p. 1187. 22 p. 1190. Corn. Nep. Timoth. 4. Cf. Grotii histor. Graec. vol. X p. 200. Hanc igitur moram etsi non infructuosam quum adversarii criminarentur remque iam eo adduxissent ut Athenienses eum imperio exuere vellent, Timotheus cum legatis sociorum Athenas pervenit et honorifice exceptus est. Mox quum navibus denuo solutis tempus inter Cyclades insulas consumpsisset non tam sua quam Atheniensium culpa, in iudicium vocatus et quamvis absolutus tamen munere se abdicare iussus est. Haec altera non iam criminatio sed accusatio Diodorum fugit.

Sequitur, ut, quae civitates inde a versu 15 tabulae nostrae legantur, partim Aegaeum, partim Thracium mare adjacentes, eas omnes a Timotheo receptas esse statuum.

Recensentur autem hoc loco ex insulis Cycladibus v. 15 sq. *ΑΝΑΠΙΟΙ*, [*Τ*] *ΗΝΙΟΙ*, v. 17 *ΜΥ[Κ]ΟΝΙΟΙ*, v. 22 sqq. *ΚΕΙΩΝ ΙΟΥΛΙΗΤΑΙ*, *ΚΑΡΘΑΙΕΣ*, *ΚΟΡΗΣΙΟΙ*, v. 27 *ΑΜΟΡΓΙΟΙ*, v. 29 sq. *ΣΙΦΝΙΟΙ*, *ΣΙΚΙΝΙΤΑΙ*. Ex his Andrum et Cei certe partem aliquam ante proelium Naxium in Spartanorum potestate fuisse, inde colligimus quod tum teste Xenophonte H. Gr. V, 4, 61 ut ad Aeginam ita ad has insulas eorum naves in statione fuerunt: τοῦ ναυτικοῦ ὄντος τοῦ Λακεδαιμονίων περὶ τε Ἀἴγινα καὶ Κέω καὶ Ἄνδρον. Postea illas insulas (neque enim Aegina Spartanorum partes deseruit) inter socias Atheniensium numeratas esse ex Aesch. or. I, 107 p. 15 et ex schol. ad eiusdem or. 64 p. 9 novimus. Cf. Lycurg. or. in Leocr. 42 p. 153. Belli socialis tempore, Ol. CV, 4, Athenienses Andri praesidium militum habuisse nuper cognitum est ex titulo Attico, quem Rangabes edidit l. l. n. 393. Iulietas, Carthacenses Coresios quemadmodum in nostro titulo coniunctos videmus, sed ita ut quaeque civitas sui iuris esset, eodem modo de exportanda rubrica cum Atheniensibus pactum

per se quaeque composuerunt vel potius redintegraverunt. Quod pactum quum Boeckhius in Oec. p. Gr. Vol. II p. 349 sqq. certis indicijis ductus ad tertium a. Ch. n. saeculum retulerit, haud scio an vetustius pactum, cuius in eo quod superest identidem mentio facta est, tum convenerit, quum hae civitates per Timotheum in societatem Atheniensium recipiebantur. V. 21 **ΑΣΤΡΑΙΟΙΣΙΟΙ** vel **ΑΣΤΡΑΙΟΥΣΙΟΙ** (vid. Meieri comm. ep. II p. 108) qui sint neque Meierus neque ego explico. Hestiaeensium urbem Oreum supra memoravimus Spartanorum partibus studuisse: non multo post, quam a Chabria frustra tentata est, arce per captivos Thebanos occupata urbs a Spartanis defecit. Xen. H. Gr. V, 4, 56 sq. Neque tamen continuo post defectionem Hestiaeenses sive Oritas ad Atheniensium societatem se convertisse titulus noster indicare videtur: postea eos inter Atheniensium socios fuisse atque ad commune aerarium quotannis quina talenta contulisse ex Aesch. or. III, 94. 100 sqq. p. 67 sq. cognitum habemus (cf. meam vitam Dem. vol. II p. 457 sq.).

Reliquae, praeter Antissam Eresumque Lesbi oppida (v. 19 sq. **ΑΝΤΙΣΣΑΙΟΙ ΕΡΕΣΙΟΙ**), e quorum numero Mytilenae et Methymna iam ab initio cum Atheniensibus societatem habuerunt, Thraciae civitates sunt (v. 26 **ΕΛΛΙΟΙΣΙΟΙ**. 28 **ΣΗΛΥΜΒΡΑΝΟΙ**). 31 sqq. **ΔΙΕΣ ΑΠΟ ΟΡΑΙΚΗΣ ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΙ**), Elaeus in Chersoneso (vid. Boeckhium l. l. p. 684), Selymbria in Propontide, Neapolis in littore Thaso insulae opposito Amphipolim inter et Abderam sita: de Dio ad Athonem iam dictum est (p. 15). Tribus in Thracia oppidis nomen Neapolis fuit, quae Boeckhius l. l. p. 710 sqq. primus recte inter se distinxit: praeter hanc quam modo indicavi (*Νεάπολις παρ' Ἀντισάραν* s. *ἐν Θράκη*), altera, Atheniensium colonia, sita erat ad Chersonesum (*Νεάπολις ἀπ' Ἀθηνῶν* s. *παρὰ Χερρόνησον*), tertia, Mendaeorum colonia, in Pallene ad sinum Toronaeum. De neutro horum oppidorum hic cogitandum est: neque enim Atheniensium illa colonia, cuius nulla praeter tabulas prioris societatis mentio fit, post bellum Peloponnesiacum permansisse videtur: neque Mendaeorum coloniam, quam Meierus (comm. I p. 16) significatam esse censebat, veri est simile prius, quam Timotheus bello cum Olynthiis gesto et Potidaeam et Toronen aliasque eiusdem tractus oppida expugnasset, in Atheniensium potestatem pervenisse. Selymbrianos ante bellum sociale Atheniensium socios fuisse ex Demosthenis or. Rhodiaca 26 p. 198 constat.

Denique post longius intervallum legitur **ΖΑΚΥΝΘΙΩΝ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΕΝ ΤΩΙ ΝΗΛΛΩΙ**. Quae verba quid sibi vellent Meierum non fugit. Namque Timotheus pace inter Athenienses Lacedaemoniosque facta quum ex mari Ionio domum navigaret, exules Zacynthios, quos in rebus gerendis socios et milites habuerat, in insulam patriam reduxit: ubi castello iuxta mare occupato optimates, qui urbem tenebant, omnibus modis vexare coeperunt. Oppidani Lacedaemoniorum auxilium imploraverunt: qui, frustra per legatos de Timotheo conquesti, ubi Athenienses exulibus favere intellexerunt, sociis amicisque deesse noluerunt. Nec Zacynthus solum belli denuo parandi causam dedit, sed simul Lacedaemonii Corcyrae recuperandae opportunitatem nacti esse sibi videbantur. Quibus de rebus certiores facti Athenienses decreverunt, ut et Corcyraeis et Zacynthiorum exulibus opem ferrent. Sic vere a. 373 ol. CI, 3 pax prioris anno composita dissoluta est. Vide Xen. H. Gr. VI, 2, 2 sq. Diod. XV, 45 sq.: qui scriptor quae falsa profert, ea olim a Palmerio et Wesselingio, nuper a Rehdantzio l. l. p. 84, 11 aliisque

recte aestimata sunt. Iam ut ad titulum nostrum revertar, illud iure mihi sumere videor, exules Zacynthios non simulatque in patriam rediissent, inter socios relatos esse, sed tum demum quum Athenienses repudiatis Lacedaemoniorum legatis belli renovandi consilium cepissent. Castello quod exules muniverunt apud Diodorum nomen **ΑΡΚΑΔΙΑΝ** inditum esse legimus, quod quin corruptum sit non dubito. Quomodo restituendum esset, in promptu haberemus, si de **ΝΗΛΛΩΙ** plane nobis constaret. De scriptura editores Attici non dubitant, etiamsi **H** in fractura lapidis legatur: sed in ipso nomine, praesertim addito articulo, haeremus. Neque tamen quae Meierus in prioris commentatione p. 17 coniecit [*ναυσάδμω*] vel [*ναωρίω*] nec quae in altera [*νη[σδρ]ίω*] vel [*νη[σιδ]ίω*] ullam veri speciem habent: Rangabes quod olim coniecerat [*νη[σί]ω*] ipse iam improbat et vel *Νήλλω* retinendum vel *Νηλαίω* legendum esse putat.

Haec habui quae de civitatibus, ex quo Nausinicus summo magistratu functus est, in Atheniensium societatem receptis, quarum quidem nomina in titulo nostro exstant, dicerem. Leguntur igitur in adversa lapidis parte nomina viginti unum vel integra vel sic ut probabili coniectura restitui possint: duorum singulae litterae supersunt: v. 86—90 quinque si non plura prorsus interciderunt. In laevo latere undetriginta nomina civitatum regumque sociorum recensentur: unde totus numerus septem et quinquaginta sociorum efficitur. Quo numero quin non omnes civitates, quotquot illa aetate sociae Atheniensium fuerint, contineantur, dubitare non possumus, si Aeschinem audimus or. II, 70 p. 37 *ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμάχιδας* —, *ὃς ἐκτήσατο Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον*: a quo auctore non multum differt Diodorus XV, 30 *τοῖς Ἀθηναίοις εἰς συμμάχίαν συνέβησαν ἑβδομήκοντα πόλεις καὶ μετέσχον ἐπ' ἰσῆς τοῦ κοινοῦ συνεδρίου*. Sequitur ut praeter ea, quorum locum saltem indicare licet, duodeviginti nomina in deperdita lapidis parte, fortasse post alteram Aristotelis rogationem, inscripta fuerint. Iam si quaerimus, quarumnam civitatum foederatarum nomina in hac tabula desiderentur, prae ceteris nomino *Coos*, quos bello sociali cum Chiis Rhodiis Byzantiis societatem Atheniensium dissolvit novimus: vid. Diod. XVI, 7 coll. Dem. or. Rhod. 27 p. 198. Addo *Proconnesios* (Apoll. in Polycl. 5 p. 1206. Dem. de cor. 302 p. 326), *Cythnios*, ad quos pertinuit Hyperidis oratio Cythniaca, laudata a Suida s. v. *Θρασύς*; cf. Sauppium in Or. Att. vol. II p. 294 sq., *Melios* coll. or. in Theocr. 56 p. 1339. Ad haec scriptorum testimonia accedit titulus Atticus, notus ille nomine marmoris Sandwiciensis, quem Boeckhius et in Corp. Inscr. gr. vol. I p. 252 sqq. et in Oecon. publ. Ath. vol. II p. 78 sqq. edidit atque illustravit. Continet hic titulus redditam a magistratibus Atheniensium Amphictyonibus rationem usurarum ad templum Delium archontibus Callea, Charisandro, Hippodamante, Socratide (ol. C, 4—CI, 3) solutarum. Solverunt usuras et civitates et homines privati, et civitates quidem Myconiorum, Syriorum, Teniorum, Ceorum, Seriphiorum, Siphniorum, Ietarum, Pariorum, denique Oenaeorum Thermaeorumque ex Icaro insula: debebant etiamtum Naxii, Andrii, Carystii. Hoc autem per se intellegitur, non solvisse Atheniensibus nisi eas civitates quae non in Spartanorum sed in Atheniensium fide essent, ac Myconios (II, 18), Tenios (II, 16), Ceos (I, 82. II, 22), Siphnios (II, 29), Parios (II, 89) in sociorum tabula relatos vidimus. Sequitur, ut *Syrios*, *Seriphios*, *Ietas*, *Oenaeos Thermaeosque* eidem numero addendos putemus. Naxii, Andrii, Carystii Taylora videbantur usuras ideo non solvisse, quod illo tempore Spartanis paruis-

cui sententiae quominus adstipuler obstat, quod et Carystios inter primos Atheniensium partes secutos esse, neque Andrios post Tenios Myconios Siphnios foederi se adiunxisse ex titulo nostro perspicimus. Naxios cur statuum eodem fere quo Parios tempore in societatem Atheniensium receptos esse supra dixi. Praeterea probabile est, quemadmodum olim inter civitates foederatas fuerunt, ita tum in societatem Atheniensium rediisse insulas Pholegandrum, Theram, Astypalaeam, alias, ex oppidis Euboeae Styram, nonnullas ex Thraciae civitatibus, in quibus nescio an Methonam et Pydnam nominem (vid. meam Vit. Dem. II p. 14, 1); nisi malimus statuere, quod Dinarchi testimonio commendari videtur (or. in Dem. 14 p. 91 et in Philoclem 17 p. 110), has urbes sub belli Chalcidici demum tempora a Timotheo receptas et ad commune sociorum concilium non admissas esse. Hoc enim certum est, neque eas insulas, quarum possessionem ne pax quidem Antalcidea Atheniensibus derogaverit, Imbrum dico, Lemnum Scyrumque et ex Cycladibus Delum, neque quas civitates Timotheus, de exilio redux, armis captas Atheniensium imperio subiecerit, Samum insulam, Sestum et Crithoten in Chersoneso, Potidaeam et Toronen Chalcidensium in Thracia oppida ad societatem aequo iure constitutam adscitas esse. De quibus pluribus disserendi hic locus non est: unum hoc addo, Isocratem quum in or. de permut. 113 dicat *τετάρων καὶ εἴκοσι πόλεων κυρίους ἡμᾶς ἐποίησεν (Τιμόθεος) ἐλάττω δαπανήσας ὧν οἱ πατέρες ἡμῶν εἰς τὴν Μηλίων πολιορκίαν ἀνήλωσαν*, non videri de civitatibus quae sua sponte societatem inierunt loqui, sed quae vi expugnatae et sub imperium Atheniensium redactae sunt.



884

Schl3

Schäfer.

De sociis Atheniensium.





